¶ Philippi Cheurerij oratoris Sabaudieꝗ pręſidis ad Innocentium Octauū pontificem Maximū oratio.

Cum beatiſſime pater maxīmā tui ſolij dignitatē: cum ſingulares ꝛ prope diuinas culminis tui laudes doteſꝗ cōtemplor: paueo quidem: veriſſimūꝗ id vulgatum experior: anceps atꝗ grande periculum ſubire · qui ſe vnū alijs tacentibus prębet audiendū · preſertim cum tuam apud Sanctitatē hoc in loco non niſi viri graues ꝛ docti conſilio ꝛ ętate orare cōſueuerunt: quoꝝ veſtigia ſi diligenter intueor: ademptā mihi dicēdi facultatem: occupatūꝗ omni ex parte orationis locum inſpicio. Pręterea: ſi altiſſimū hunc thronum viuis margaritarū lineis fulgentibuſꝗ gēmis ornatum animaduerto: humanā dei pręſentiam: Platones: Cicerones: conuentūꝗ regum videre mihi videor · quas ob res obmuteſcere potius ꝙ̄ fari mihi ipſi merito perſuaſiſſem · Et eo magis ꝙ auditurus ſis hoīem quidē nō facundum: nō ſuauem: ſed craſſo in aere natum: incultāꝗ oratiunculam in cōſpectu diuini vultus tui tantorūꝗ principum oculis ſonantem ꝛ proferentē · Sed mei principis Illuſtriſſimi artatus imperio: debitum fidelitatis exoluens: ſarcinam tua pro dignitate humeris meis longe imparem deponere cogor. Te igiť clementiſſime pater per ampliſſimā tui generis nobilitatem: propagationem: familiā: clientelas: atꝗ tandem ꝑ omnium claritatem virtutū: quibus a cunabulis educatus tanꝗ̄ lucidiſſimū ſydus hoc in altiſſimo pōtificatus ſolio oculis noſtris his diebꝰ apparuiſti · Inuoco: obteſtor: atꝗ imploro: ut īmenſos tuę potentię fines: tanti principis tum ortum: genus: ꝛ proauos: tum decurſi temporis in orthodoxam fidem bene merita inſpiciens: de quoꝝ ſingulis pauca pro rerū dignitate percurram · quam tandē reddituri venimus obedientiā gratanter admittas · Sed qd pͥmo balbutiens dicā: qui totiēs inter ſacra miſſarum ſolēnia id ad Petrū accepi veritatis eloquiū: Paſce oues meas · Illud etiam: Quodcūꝗ ligaueris ſuper terrā eris

ligatũ ꝛ in cęlis· Et aľs iuri pontificio vacãs: cum poſſis ęqua re rotunda quadratis: ſacrilegũ eſſe de tuę poteſtatis viribus diſputare· Cui propriũ: Ego occidam ꝛ ego viuere faciã percu/tiam ꝛ ſanabo· O miranda certe ꝙ narranda magis hęc cõtra/riorum poteſtas· humanus diuina· dextera vitam: ſiniſtra pro/pinat ꝛ mortem· Utinã deus ſiue parens (ut ita dicam) rerum omniũ natura me tanti myſterij diſcipulum auditoremqꝫ poti us ꝙ prolatorem effeciſſet· Sed poſtꝙ actum eſt: quid tãtę po/teſtatis ſibi vult narratio: quid inſulſam iuuat orationẽ: qua/le tandem mercatur talentũ? Certe poſt numero plures myſti/cos ſenſus hoc vnũ: ut ęqualem admixtãqꝫ potẽtię ſecum ferat humanitatem: qua potens multuſqꝫ ad ignoſcendũ recte iudi/caris: qua etiã puſillum ſicut ꝛ grandem recipis· Dominantiũ tñ in reliquis qualitate ſalua: inter quos meũ principem ſere/niſſimũ non mediocrem ut habeas velim· Cuius exordium nõ minus ꝙ illis Saxonię principibus illuſtriſſimis ortum eſt: a quibus ſeptingenteſimo ſuę dignitatis anno: ſi ſcripturis com mentarijſqꝫ credimus: tres in lucem prodierunt Ottones: qui apud Germanos primi in apicem impatorię maieſtatis aſſum pti: virtutũ prodigijs emicantes. Ipſoꝝ ſecundus ꝛ dux ꝛ im/perator humanę fragilitatis debitaqꝫ naturę ſoluens: Ottonẽ: Fredericum: Henricũ: atqꝫ Bertoldum: tanto principe dignam propaginem ſuę poſteritati reliquit· Hic Bertoldus aĩo plenus ꝛ armis ſtigmatũ ſanguiniſqꝫ iure aquilã ferens: prim⁹ Sab/audię partes incoluit ꝛ poſſedit· A quo bellis ꝙ multiplicibus in Sueuos ꝓſpere geſtis: tot tãtiqꝫ prodiere comites atqꝫ Sab audię duces clariſſimi: ut omnibus palam ſit ęquũ illum Ene/um Gręcoꝝ bello templo Palladis oblatum nõ plures partu/rijſſe ſtrẽnuitatis aut magnanimitatis viros· Horum pleriqꝫ: nõ luxui: voluptati aut ignauię: nõ deniqꝫ inter ceteras animi peſtes digniſſima ipſoꝝ corpora laxanda putauerũt· ſed chriſti ana pro fide pugnãtes: patria: liberis: ꝛ omni quiete relicta: in Barbaras exteraſqꝫ nationes humanis exceſſerunt rebus. Alij

ſidei ſcuto muniti: tumentes atq; indomitos pelagi fluctꝰ ſul/
cantes: Saldani regiſq; Turcoꝝ apud Rhodios obſidiõe pul/
ſa: aquilam armoꝝ tipario tunc vſq; delatam in victorię p̄mi
um quanta illoꝝ gloria fieri potuit: in crucē albam verterunt.
quę victricibꝰ armis quęſita rubicũdoq; ſata campo: inter chri/
ſtianę religionis p̄ncipes vna in hos vſq; dies penetrauit atq;
refulſit. Alij Grecoꝝ imperatorē hoſtium fidei vinculis deten/
tum: ipſorumq; potentia liberatũ: purgatis ab eo Grecoꝝ erro
ribus: apoſtolicę Sanctitati parere coegerũt. Alij eccleſię vexil
lum amplexi Clementis Quarti tempore ſciſmaticos rebelles
illiq; aduerſantes domuerunt. Quid plura? Si fortia reliquo/
rum omniũ geſta inſigneſq; virtutes: quę nulla profecto ętas:
nullum diutius euũ: nulla tandem rebus omnibus dignis ini/
mica obliuio delere põt: mea balbutienti lingua recenſere vel/
lem: dies me deficeret: hyſtoriamq; potius ꝙ orationē contexe
re viderer. Uerũtamen karolum principē illuſtriſſimũ omniũ
ſupra nobiliſſimũ decus: tantiſq; progenitoribus dignã ſobo/
lem: ſilentio pręterire nõ poſſum: qui in tenera adeo ętate viri/
les iam indutus annos: occupatiſq; ſtrẽnuoꝝ virtutibus: audi
ta ſancta atq; celebri in pontificatũ aſſumptione tua: tanꝙ ru
tilantis phębi lumina tenebras fugantia cumei carminis ętatē
ſaturnia regna celo te dimiſſum reducentem: paciſq; ſulculos
vbiq; ſerentē videns: īmortali deo gratias illico habuit ⁊ egit.
nõ quia princeps longo ſanguine nobiliſſimaq; ſtirpe deſcen/
diſſet. nõ quia bonis falſa mortaliũ opinione ſic appellatis q̃z
affluenter abundaret. ſed quia laboranti populo numine quo/
dam debitus in hęc vſq; tempora ſeruatus veniſſes. Inſup hoc
ipſum quod ſuo ſanguini generoſo hereditariũ eſt ſequens de
obedientia tibi reddenda q̃zprimũ cenſuit agendum. inobedi/
entiam ſacris initiatus omnino perhorreſcens: intelligens per
illam in hominũ perniciem angelum Cherubin ī deliciarũ pa/
radiſo flãmeum mucronem verſatileq; portantem ad viam li/
gni vitę prohibendã cuſtodem fuiſſe locatum: primũq; parentē

⁊ eius poſteros paradiſo pulſos: omniū vitę finem impoſitum: moriendi neceſſitatem inductā patrię celeſtis ianuas clauſas: infernalis profundi ſecūdeq; mortis foueas datas. Et vltra ut tantū inobedientię facinus deleretur: filium dei in mortē vſq; ſubactum: qui obedientię ſemita gradiens ſecuturis ſe omnibꝰ veſtigio relicto hac ſola comite celos penetrauit. Auctorē igit̃ fidei ducem aſpiciens meus princeps ſereniſſimus: omnē obedientiam tibi Innocentio Ieſu chriſti vicario digniſſimo noſtrum omniū organo exhibet: offert: atq; donat. quas terra mariq; tenet ꝓuincias: ſanctas dei eccleſias: ⁊ quę in eis ſunt tuę beatitudini cōmendans. Quam ſūmus rerum opifex: cuiꝰ nutu cuncta ſub ordine creata ſunt: poſt longa atq; felicia ſecula ſui populi principibus ānumeret. Dixi.

Habita in conſiſtorio publico Anno dñi. M.cccc.lxxxv. quarto calendas Februarias: Pontificatus ꝟo Innocentij Octaui anno Primo.